Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

ex permissio nequam prodidit multos
Secundum est desperatio venie
Multi sunt qui cum considerant tantam
multitudinem peccatorum suorum desperant
de venia ut Cayn qui dixit Maior
est iniquitas mea etc. Contra quos
dicit Bernardus Deus omnia potest preter quod
immisericordes esse non potest qui hoc
cognoscat deus cognoscat. Augustinus
Maior est dei misericordia quam quevis
miseria sicut enim scintilla in me-
dio maris sic quevis iniquitas
respectu misericordie dei Ecce in latrone et in
publicano. Ezechiel peccatori prophetato de
misericordia dei dicit enim quidam deus
est misericors numquam dampnabit te.
Propter istud peccatum certe emit te sanguine
suo redemit te sed non dampnabit te
pro modico. Beda de isto misero Ecce
positus est etc. ille sic dicitur le-
tare letare peccator quod si crucifixis-
ses christum petrum et andream decollas-
ses Johannem Baptistam paulum et
omnes martires occidisses si habe-
res veram contritionem deus omnia
peccata dimittet. Unde Ezechiel
Quacumque hora peccator ingemu-
erit etc. Require. Dominica quarta

Abiit ihesus in quadragesima
trans mare galylee quod est
tyberiadis et secute sunt turbe eum quia
videbant signa que faciebat
Joh. xvi. Legitur in scolastica hystoria quod
herodes audivit famam de ihesu
et ait Johannem Baptistam decollavi
quis autem est iste de quo tanta au-
dio et querebat videre eum quod cum au-
disset ihesus ascendit in naviculam
et secessit in desertum et secute sunt
eum turbe pedestres de civitatibus
et curavit eos ibi. Erat autem

proximus dies festus iudeorum quod dicitur
pascha. Vespere autem facto dixerunt
ei xii. dimitte turbas ut euntes
inveniant sibi escas. Ihesus autem illis
dixit dicite illos manducare et facite
illos discumbere super viride fenum et
acceptis v. panibus ordeaceis et
duobus piscibus a puero uno qui un-
de discipulis suis fuisse creditur et sa-
tiavit ibi v. milia virorum de v.
panibus et duobus piscibus exceptis
mulieribus et parvulis et de frag-
mentis impleti sunt xii. cophini
Illi autem homines cum hoc cognovissent
voluerunt eum rapere et facere regem
quia videbant eis quod sub tali rege
non possent egere. Ihesus autem cum hoc
cognovisset fugit ab eis in montem
solus orare. Nota sicut christus transivit
mare sic nos oportet transire si
volumus in terram promissionis id est ad
requiem celorum pervenire. Nota quod tria
sunt maria que nos oportet transire.
Primum mare est magnum et valde
periculosum hoc est mundus iste qui
est valde periculosus transeuntibus
tamen homo faciliter transibit si mortem
attendit. Unde Jeronimus facile contempnit
omnia qui semper cognoscit et co-
gitat se moriturum. Qui enim semper
cogitaret de morte omnia de-
lectabilia huius mundi contempneret.
Quilibet homo debet timere mortem
exemplo christi qui tamen timuit mortem quam-
vis esset rex celi et terre quod patet
quia de suo sanctissimo corpore dis-
tillabant gutte sanguinis. Ymmo tantum
timuit mortem quod angelus ad con-
fortandam humanitatem de celo mis-
sus fuit. Christus timuit mortem per quam
debuit ire ad eternam requiem.

mare i. [illegible]
mortis

v.